

LIBER

uas hæreticorū doctrinas cōfudit. Prænotauit aut̄ hoc op⁹ magnificū & insigne:

De incarnatione dñi: li. xv

Alia quoq; multa scripsisse dicit̄: quæ ad noticiam meam nō uenerunt.

Acrobius presbyter: & postea in urbe Roma donatistarū occult⁹ episcopus: Cū ad huc presbyter esset in ecclesia dei scripsit ad confessores & ad uirgines christi: uolumen moralis quidem sed ualde necessariae doctrinæ:

In quo præcipue agit & tractat:

De custodia castitatis: li. j

Claruit inter nostros primū Africæ: inter suos donatistas mōteses postea Romæ.

Eliodorus quidam presbyter in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & sæcularium litterarum non ignarus: ad disputandum satis acuti & scholastico more uehementis ingenij: ut omnium rerum unū ostenderet esse principium: nec quicquā materialium aliunde q̄ a deo creatum: scripsit satis elegans & insigne opus quod prænotauit:

De naturis rerū exordialiū: li. j

Alia etiam complura scripsisse dicit̄: quæ ad noticiam meam nō uenerūt.

Theodorus monach⁹: beati Pachomij discipulus: atq; post illius decessum cœnobiorum eius præpositus: uir in diuinis scripturis eruditus: & regularis disciplinæ strenuus gubernator: & non min⁹ sanctitate q̄ doctrina uenerabilis: Scripsit ad alia monasteria scripturæ sanctæ luculenter sermōes dige-
Exhortationis: ep̄l. iij (istas lōgas:

Claruit sub Honorio & Theodosio principib⁹: Anno dñi, CCCC, XX.

Riesielis monach⁹ & discipulus sancti Pachomij & eius successoris Theodori collega: uir in diuinis scripturis ad perfectum instructus: & tam uita q̄ eruditione spectabilis: Scripsit pro ædificatione monachorum op⁹ diuino sale conditum: totiusq; monasticæ disciplinæ instrumentis constructū: quod præ-
De instructione monachorū: li. j (notare possum⁹:

Si quid amplius scripserit nescio.

Claruit sub Honorio & Theodosio principibus: Anno dñi, CCCC, XX.

Iohannes cassian⁹: natione scythæ: beati Iobanis chrysothomi cōstantinopolitani episcopi quondam auditor atq; discipulus: & ab eo diacon⁹ ordinatus: post aliquot annos ab eodem nescio propter quam causam expulsus: apud Massyliam presbyter consecratus: duo monasteria uirorū scilicet & mulierum condidit: in quibus regularis disciplinæ feruor magnus: pluribus annis permansit. Scripsit experientia magistrante plura opuscula: in quibus etiam apud interpretem uenustas eloquij conspicit̄: E quorū numero ferunt̄. Rogat⁹ a Leone archidiacono postea Romanæ urbis epo: scripsit aduersus Nestorē hæreticum:

De incarnatione dñi: li. viij

De institutis monachorū: li. iij

De octo uitij capitalibus. li. viij

Collationes sanctorū patrū: li. xxiiij

De institutis ac re.

Quintus nobis iuuante.

Cū in heremo scythi ubi.

In his collationib⁹ sanctorū utilis & necessaria monachorū instructio est: sed quia p̄ beatū Prosperū de arbitrij libertate in certis reprehēditur: opuscula eius inter apocrypha computantur. Moritur tandem post multorū editionem librorum apud Massyliā non sine opinione sanctitatis: Theodosio & Valentiniano regnātib⁹: Anno domini, CCCC, XXXV.

Ivcian⁹ ecclesiæ hierosolymitanæ presbyter: uir in diuinis scripturis admodum eruditus: uita & conuersatione sanctissimus: cui tēporib⁹ Honorij & Theodosij omnipotēs deus locū sepulchri & reliquiarū sanctissimi ptomartyris Stephani reuelauit: Ferē nonnulla scripsisse opuscula: E qb⁹ extat p̄lix ep̄la:
De inuentione sancti Stephani: li. j Lucianus presbyter: